



Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XVII. V. possit confitens, qui peccatum aliquod mortale commisit ex
ignora[n]tia, putans videlicet, non esse peccatum, et in eadem ignorantia
persistens, illud non confitetur, nihilominùs absolui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

tisfactionis: Quoniam ei incumbit non solum confitenti, quæ illi necessaria sunt, suggerere; quandoquidem illi se subiicit, paratus, quod necessarium esse dixerit, adimplere; sed etiam alterius tertij damnum vitare, quando commodè potest.

Potestne confitens, qui peccatum aliquod mortale commisit ex ignorantia, putans videlicet, non esse peccatum, et in eadem ignorantia persistens, illud non confitetur, nihilominus absoluī?

Quæstio
XVII.

HI C iterum adhibenda est distinctio de *Respoſio.* qualitate ignorantiae: Nam si fuit vincibilis, peccauit, & tenetur illud cōfiteri, quod cùm non faciat, & Absolutionem petat, peccat mortaliter; ac proinde, si absoluatur, peccat absoluens, & Absolutione est vana. Confessarius tamen in casu tenetur illum veritatē edocere, ut ea cognita doleat, & confiteatur, vt dignus sit Absolutione.

Si tamen ignorātia fuit inuincibilis; quia, scilicet, vel nunquā audiuit, sciuit, aut legit, illud factum fuisse prohibitum; vel si audiuit, aut legit, pro viribus tamen laborauit, vt veritatem sciret, & à viris fidē dignis intellexit, non esse peccatum, itaque illud fecit, & cum eadem ignorantia inuincibili confi-

I tetur;

Caput IIII. De Confessionis

retur; tunc si absoluatur, Absolutio vera est
& rata.

Quæstio XVIII. Estne Absolutio impensa fidei confitenti valida?

Respoſio. Confessio verè Sacramentalis non est, nec ex opere operato poterit vñquā prodeſſe, ſi in obice peccati mortaliſ faſta fuit. Pro quo particulariter ponuntur aliqua dicta.

P R I M U M. Quod confitenti necessaria eſt cordis pœnitētia, ut verè absoluatur. Hoc August. in patet ex Augustino, qui dicit: Omnis homo, Decret. de qui ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus eſt, Conſecrat. nouam vitam, ſcilicet, gratiæ, non potest indiſt. 4. choare, niſi pœniteat eum veteris vita.

S E C U N D U M dictum. Ad cōſequen-
dam peccatorum remiſſionē requiritur Cō-
tritio. Quod patet ex illo Eſaiæ: Ad quem
iſpiciam, niſi ad pauperculum, & contri-
tum &c. Nihilominis, ſi pœnitens dun-
taxat ſit attritus, habeatq; propositum à pec-
catis abſtinendi cum ſpe veniam conſequen-
di, & accedat Absolutio, verè cōſequetur re-
miſſionem peccati, quemadmodum defini-
tum eſt in Concilio Tridentino.

Cōc. Trid. Sess. 14. **T E R T I U M** dictum. Non ſatis eſt ſic
de commiſſis conteri, ſed in ſuper neceſſariū
eſt, propositū poſtmodūm à peccatis abſti-
nendi. Hoc patet ex definitione Pœnitentie
à Patribus approbata: Pœnitentia eſt præ-
rita

Eſa. 66.

Cōc. Trid.

Ca. 4.